

Dominus meus et Deus meus (Joan. XX, 28) : et tu venis ad me!

Centurio ait: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur puer meus: et tu venis ad me (Math. III, 44; VIII, 8)!

Elizabet exclamavit voce magna, et dixit: Et unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me? Et tu venis ad me (Luc. I, 41-43)!

Extimuit David Dominum, dicens: Quomodo ingreditur ad me arca Domini? et noluit divertere ad se arcam Domini: et tu venis ad me (II Reg. VI, 9, 10).

Simon Petrus procidit, dicens: Exi a me, quia homo peccator sum, Domine: et tu venis ad me (Luc. V, 8)!

III OCCUPATIO AD INGRESSUM SACERDOTIS, ET AD PRÆSENTIAM DOMINI JESU CHRISTI.

Veni, Domine (Apoc. XXII, 20): anima mea desideravit te (Is. XXVI, 9); desiderio desideravi hoc pascha manducare (Luc. XXII, 15).

Veni, Domine: erravi, sicut ovem quæ perit: quære servum tuum, Domine. Veni, Domine (Ps. CXVIII, 176); non est opus valentibus medicus (Math. IX, 12): ecce quem amas, infirmatur (Joan. XI, 5). Sana me, Domine, et sanabor (Jer. XVII, 14); Domine, miserere mei: sana animam meam, quia peccavi tibi (Ps. XL, 5). Ecce Deus Salvator meus (Is. XII, 2): Hosanna filio David; benedictus qui venit in nomine Domini, hosanna in altissimis (Math. XXI, 9). Adorate eum, omnes angeli ejus (Ps. XCVI, 8). Saltem vos amici mei (Job. XIX, 21), venite adoremus, et procidamus, et floremus ante Dominum qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster, et nos populus pascuæ ejus, et oves manus ejus (Ps. XCIV, 6, 7). Dominum Deum meum adoro: quia ipse est Deus vivens (Omn. XIV, 24).

Domine, miserere mei, sana animam meam.

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur (Math. VIII, 8).

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur.

Domine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur.

Surge, comede (I); grandis enim tibi restat via (III Reg. XIX, 7). Prosperum iter faciet nobis Deus (Ps. LXVII, 20).

IV OCCUPATIO ANIMÆ COLLOQUENTIS CUM JESU POST ACCEPTUM VIATICUM.

Ego morior, ut Deo vivam: Christo confixus sum cruci. Vivo autem jam non ego: vivit vero in me Christus. Quod autem nunc vivo in carne, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, et tradidit semetipsum pro me (Gal. II, 19, 20).

Gratias agimus tibi, Domine Deus omnipotens, qui es, et qui eras, et qui venturus es (Apoc. XI, 17).

Domine, qui vitæ et mortis habes potestatem

11) Ad hæc verba sacerdotis: Accipe, frater, viaticum.

(Sap. XVI, 15), loquere, Domine, quis audit servus tuus (I Reg. III, 9): dic animæ meæ: Salus tua ego sum. Confundantur et reverentur querentes animam meam (Ps. XXXIV, 5, 4).

Dic animæ meæ: Confide, remittuntur tibi peccata tua (Math. IX, 2).

Dic animæ meæ: Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor (Is. XLIII, 25).

Dicam Deo: Noli me condemnare (Job. X, 2). Non intres in iudicium cum servo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis vivens (Ps. CXLI, 2). Dic animæ meæ: Neque ego te condemnabo (Joan. VIII, 11).

Dic animæ meæ: Hodie salus domo huic facta est (Luc. XIX, 8): et miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum (Ps. CXVIII, 152).

Dic animæ meæ: Hodie tecum eris in paradiso (Luc. XXIII, 43).

Vicit in me Christus. Tenui eum, nec dimittam (Cant. III, 4); non dimittam te, nisi benedixeris mihi (Gen. XXXII, 26). Tu autem in nobis es, Domine, et nomen sanctum tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos (Jerem. XIV, 9); mane nobiscum, quoniam advesperascit, et inclinata est jam dies, Mane nobiscum (Luc. XXIV, 29), ne unquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus: Prevalui adversus eum. Mane nobiscum (Ps. XLII, 4, 5), nequando rapiat, et non sit qui eripiat (Ps. XLIX, 22). Dereliquit me virtus mea, et lumen oculorum meorum et ipsum non est tecum; amici mei et proximi mei, et qui iuxta me erant, de longe steterunt. Ne derelinquas me, Domine Deus meus, ne discesseris a me: intende in adiutorium meum, Domine Deus salutis meæ (Ps. XXXVII, 11, 12, 22, 23). Mane nobiscum; ecce nunc in pulvere dormiam: et si mihi mane me quaerieris, non subsistam (Job. VII, 21).

CONCLUSIO MEDITATIONIS.

Canticum christianis moribundi post acceptum viaticum.

Nunc dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum; quod parasti ante faciem omnium populorum; lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tue Israel (Luc. II, 29-32).

Nunc dimittis servum tuum, Domine; jam latus moriar (Genes. XLVI, 30). Latus sum in hinc, quia dicta sunt mihi: in domum Domini ibimus (Ps. CXXI, 4). Respice in faciem Christi tui (Ps. LXXXIII, 40). Memento, Domine, omnis mansuetudinis ejus (Ps. CXXXI, 1) qui pro transgressoribus rogavit (Is. LIH, 12): et dimitte universa delicta mea (Ps. XXIV, 18), et dona mihi animam meam pro qua rogo (Ezech. VII, 5).

Ecce video celos apertos, et Jesum stantem a dextris virtutis Dei (Act. VII, 55) per fidem quæ est in me (Id., XXVI, 18). Jam latus moriar; in domum Domini ibimus (Ps. CXXI, 4). Latus moriar; Dominus est susceptor animæ meæ (Ps. LIH, 6).

Vide Jesum. Amen, veni Domine Jesu (Apoc. XXII, 20); Domine, suscipe spiritum meum (Act. VII, 58).

Credidi, suscipe spiritum meum (Ps. CXV, 10).

Dilexi, suscipe spiritum meum (Ps. CXIV, 1).

Speravi, suscipe spiritum meum (Ps. LXX, 1).

Veni, Domine Jesu; in manibus tuis sortes meæ; in manus tuas commendo spiritum meum (Ps. XXX, 16, 6): redemisti me Domine Deus veritatis. Commendo spiritum meum. In te, Domine, speravi, non confundar in æternum (Ps. XXI, 2).

Commendo spiritum meum. In nomine Patris et Filii,

et Spiritus sancti (Math. XXVIII, 19);

In nomine Patris, qui dedit illum (Eccle. XII, 7);

In nomine Filii, qui mortuus est pro nobis (I Thes. V, 10);

In nomine Spiritus sancti, qui datus est nobis (Rom. V, 5).

In pace in idipsum dormiam et requiescam (Ps. IV, 9).

Veni Domine Jesu. Jesu, Jesu, Jesu.

Velociter exaudi me, Domine: deficit spiritus meus; suscipe spiritum meum (Ps. CXLII, 7).

QUATUOR MEDITATIONES

DE RESURRECTIONE JESU CHRISTI.

PRIMA MEDITATIO.

Exercitium fidei et spei per colloquium Jesu et hominis.

PRIMUM PUNCTUM. — Exercitium fidei.

SUMMARUM. — Jesus redivivus exhibet homini vulnera sua: et agnoscitur ab illo. Jesus scrutatur fidem hominis. Homo proficitur illam ejusque testimonium accipit a Jesu, cujus resurrectionem celebrat cantico laudis.

Jesus. — Infer digitum tuum huc, et vide manus meas, et alter manum tuam, et mitte in latus meum: et noli esse incredulus, sed fidelis.

Homo. — Dominus meus et Deus meus (Joan. XX, 27-29).

Jesus. — Beati qui non viderunt, et crediderunt (Ps. III, 6). Ego dormivi, et soporatus sum, et exsurrexi (Ps. LXXXVII, 5). Estimatus sum cum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio (Ibid., 6), inter mortuos liber. Exsurrexi et adhuc tecum sum (Ps. CXXXVIII, 18) credis hoc?

Homo. — Uti que, Domine, ego credidi quia tu es Christus Filius Dei vivi, qui in hunc mundum venisti (Joan. XI, 26, 27); scio enim quod Redemptor meus vivit (Job. XIX, 25). Traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter justificationem nostram (Rom. IV, 25); tanquam ovis ad occisionem ductus est: et sicut agnus coram torquente se (Act. VIII, 32). Accubans dormivit ut leo (Numer. XXIV, 9); vicit leo de tribu Juda (Apoc. V, 5): et exspoliatis principatus et potestates, traduxit confidenter, palam triumphans illos in semetipso (Colos. II, 15). Uti que, Domine, ego credidi.

Jesu. — Beatus es, quia caro et sanguis non revelavit tibi sed Pater meus, qui in cælis est (Math. XVI, 17).

Tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam (Ps. CXXXVIII, 2): beatus es.

Homo. — A Domino factum est istud, et est mirabile in oculis nostris (Ps. CXVII, 23); hoc

factum est et tempus affuit, quo sol refulsit, qui prius erat in nubilo (II Machab. I, 22). Hæc est dies quam fecit Dominus, exultemus et lætemur in ea. O Domine, salvum me fac; o Domine, bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini; Deus Dominus, et illuxit nobis (Ps. CXVII, 24-27).

Benedic, anima mea, Domino: Domine Deus meus, magnificatus es vehementer. Confessionem et decorem induisti amicis lumine sicut vestimento. Poniis nubem ascensum tuum; ambulans super pennas ventorum (Ps. CIII, 1-3), sicut fulgur exiit ab Oriente, et paret usque in Occidentem (Math. XXIV, 27). Absorpta est mors in victoria (I Cor. XV, 54). Christus resurgens ex mortuis jam non morietur: mors illi ultra non dominabitur (Rom. VI, 9).

Dignus est Agnus, qui occisus est, accipere virtutem, et divinitatem, et sapientiam, et fortitudinem, et honorem, et gloriam, et benedictionem (Apoc. V, 12). Agnus, qui occisus est; vicit leo.

Ubi est, mors, victoria tua (I Cor. XV, 55)? Vicit leo de tribu Juda: ante faciem ejus ibit mors (Habac. III, 5): præcipitabit mortem in sempiternum (Is. XXV, 8).

Vicit leo de tribu Juda: egredietur diabolus ante pedes ejus (Habac. III, 5).

Vicit leo de tribu Juda: qui educit vinetos in fortitudine, similiter eos qui habitant in sepulchris (Ps. LXXVII, 7).

Vicit leo de tribu Juda. Rugiet, quis non timebit (Amos. III, 8)? Malos male perdet (Math. XXI, 41). Paveant illi, et non paveam ego; paveant illi (Is. XVII, 18) qui dixerunt Deo: Recede a nobis (Job. XXI, 14); nolimus hunc regnare super nos. Non paveam ego; scio enim quod Redemptor meus vicit (Luc. XIX, 14).

II PUNCTUM. — Exercitium spei.

SUMMARUM. — Spei obiectum, actus, præmium, fiducia et gaudium.

Jesu. — Ego sum resurrectio et vita; qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, vivet: et omnis qui vi-

vit et credit in me non morietur in aeternum. Venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem Filii Dei : et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitae. *Ego sum resurrectio et vita* (Joan. XI, 25, 26; V, 28, 29) : in me omnis spes vitæ (Eccli. XXIV, 25) : qui audit me non confundetur (Ibid., 50).

Homo. — Quis mihi tribuat ut scribantur sermones mei ? quis mihi det ut exarentur in libro stylo ferreo, et plumbi lamina, vel celtæ sculpantur in silice ? Scio enim quod Redemptor meus vivit, et in novissima die de terra surrecturus sum : et rursum circumdabor pelle mea, et in carne mea videbo Deum meum quem visurus sum ego ipse, et oculi mei conspiciunt sunt, et non alius ; *reposita est hæc spes mea in sinu meo* (Job. XIX, 23-27).

Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium : quoniam quidem per hominem mors, et per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur ; *reposita est hæc spes mea in sinu meo.*

Surget corpus : seminatur in corruptione, surget in incorruptione ; seminatur in ignobilitate, surget in gloria ; seminatur in infirmitate, surget in virtute ; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale ; *reposita est hæc spes mea in sinu meo : et in carne mea videbo Deum meum.* (I Cor. XV, 20-22, 54, 44, 45, 44). Tu autem, Domine, miserere mei (Ps. XL, 11), et resuscita me et resuscita me in resurrectionem vitam.

Jesus. — Miserere (Exod. XXXIII, 19), resuscitabo in resurrectionem vitam (Joan. VI, 55). Quapropter expecta me in die resurrectionis meæ in futurum : in die illa non confunderis (Sophon. III, 8, 11). Expecta Dominum viriliter age : et confortetur cor tuum, et sustine Dominum (Ps. XXVI, 14). Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso Dei mei : qui vicerit non tradetur a morte secunda ; vincenti dabo manna absconditum : vestietur vestimentis albis ; qui vicerit dabo ei sedere mecum in throno meo : sicut et ego vici, et sedi cum Patre meo in throno ejus (Apoc. II, 7, 11, 17; III, 5, 21).

Homo. — Expecto donec veniat immutatio mea (Job. XIV, 14, 15) ; vocabis me et ego respondebo tibi : Operi manuum tuarum porriges dexteram (Ibid. 15). Expectabo Deum, Salvatorem meum (Mich. VII, 7). Consumam cum sedere in tenebris : Dominus lux mea est ; expectabo Deum Salvatorem meum (Ibid., 8), qui reformabit corpus humilitatis nostræ configurationem corpori claritatis suæ (Philipp. III, 21) ; *reposita est hæc spes mea in sinu meo.*

Credo videre bona Domini in terra viventium (Ps. XXVI, 13).

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi : in donum Domini ibimus (Ps. CXXI, 4).

Lætatus sum : cor meum et caro mea exultaverunt in Deum vivum (Ps. LXXXIII, 5).

Resurrexit propter justificationem nostram (Rom. IV, 25) ; surge qui dormis, et exurge a mortuis, et illuminabit te Christus (Ephes. V, 14).

Hæc est resurrectio prima : non carnis depositio sordium, sed conscientia bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem Jesu Christi (Apoc. XX, 5), qui est in dextera Dei deglutiens mortem : ut vitæ æternæ heredes efficeremur (I Pet. III, 21, 22).

Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Deus, qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos (I Apoc. XX, 6), cum essemus mortui peccatis convivificavit nos in Christo (cujus gratia estis salvati) : et conresuscitavit, et consedere fecit in coelestibus in Christo Jesu ; ut ostenderet in seculis supervenientibus abundantes divitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Jesu (Ephes. II, 4-7). Ut quomodo Christus surrexit a mortuis per gloriam Patris, ita et nos in novitate vitæ ambulemus ; si enim complantati facti sumus similitudini mortis ejus : simul et resurrectionis erimus (Rom. VI, 4, 5).

Primus homo de terra, terrenus : secundus homo de cælo, cælestis. Qualis terrenus, tales et terreni : et qualis cælestis, tales et cælestes. Igitur, sicut portavimus imaginem terreni, portemus et imaginem cælestis (I Cor. XV, 47-49) : donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi ; ut crescamus in illo per omnia, qui est caput (Ephes. IV, 13, 14, 15) : donec formetur Christus (Galat. IV, 19).

Hæc est resurrectio prima.

CONCLUSIO PRIMI PUNCTI.

Oratio ad postulandam gratiam spiritualis resurrectionis.

De profundis clamavi ad te, Domine (Ps. CXXIX, 1, 2) ; Domine, exaudi vocem meam (Ib.). Peccavi (Ps. XL, 6) : oblivioni datus sum tanquam mortuus : factus sum tanquam vas perditum (Ps. XXX, 13) ; tu autem, Domine, miserere mei, et resuscita me (Ps. XL, 11). Retribuis servo tuo, vivifica me, et custodiam sermones tuos (Ps. CXVIII, 17).

Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua (Ibid., 18).

Fac me audire vocem tuam... vocem tuam (Cant. VIII, 13). Ephphetha (Marc. VII, 34) ; labor ego super eloquia tua (Ps. CXVIII, 162).

Domine, jube me ad te venire (Matth. XIV, 28) : in via tua vivifica me (Ps. CXVIII, 57) ; surgam et ibo ad patrem meum (Luc. XV, 18).

Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam in toto corde meo (Ps. CXVIII, 24).

Domine, labia mea aperies, et os meum annuntiabit laudem tuam (Ps. L, 17).

Domine Deus, memento mei, et redde mihi nunc fortitudinem pristinam, Deus meus, ut ulciscar me de hostibus meis (Judic. XVI, 28).

Restitue animam meam a malignitate eorum (Ps. XXXIV, 17).

Redde mihi lætitiæ salutaris tui (Ps. L, 14).

Domine, miserere mei, et resuscita me ; fac me audire vocem tuam : Lazare veni foras ; vocem tuam (Joan. XI, 43) : Adolescens, tibi dico : Surge (Luc. VII, 14).

Domine, miserere mei, et resuscita me ; concupivit anima mea desiderare justificationes tuas (Ps. CXVIII, 20).

Resuscita me ; veniant mihi miserationes tuæ, et vivam (Ibid., 77) ; non moriar, sed vivam : et narrabo opera Domini (Ps. CXVII, 17).

II PUNCTUM. — Leges resurrectionis spiritualis. Prima lex : morere peccato et tibiipsi. Secunda lex : mortuus peccato, vive Deo. Tertia lex : quare ac sape bona spiritualia et cælestia.

Hæc est religio Phæse, id est transitus (Exod. XII, 43, 44).

Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima. Mors necesse est intercedat (Hebr. IX, 16) ; Christum oportuit pati, et resurgere a mortuis (Act. XVII, 3) ; etiam et nos, ut moriamur cum eo (Joan. XI, 16), ut vivamus per eum (I Joan. IV, 9).

Si mortui sumus cum Christo : credimus quia simul etiam vivemus cum Christo (Rom. VI, 8). Mortificate ergo membra vestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, avaritiam, iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem sermonem : exspolantes vos veterem hominem cum actibus suis (Coloss. III, 5, 8, 9) : hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati : ita ut serviamus in novitate spiritus. *Si mortui sumus cum Christo, simul etiam vivemus cum Christo.*

Ultra non serviamus peccato ; qui enim mortuus est, justificatus est a peccato. Credimus, scientes quod Christus resurgens ex mortuis jam non moritur : mors illi ultra non dominabitur : quod enim mortuus est peccato, mortuus est semel : quod autem vivit, vivit Deo.

Ita et vos existimate, vos mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro. Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis ejus : sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato : sed exhibite vos Deo tanquam ex mortuis viventes, et membra vestra arma justitiæ Deo ; peccatum enim vobis non dominabitur (Rom. VI, 6; VII, 6; VI, 6-14). Pro omnibus mortuus est Christus ; ut et qui vivunt jam non sibi vivant, sed ei qui pro ipsis mortuus est, et re-surrexit (II Cor. V, 15).

Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera Dei sedens ; quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Mortui enim estis, et vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit, vita vestra : tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria.

Mortui estis ; Si ergo mortui estis cum Christo ad

elementis hujus mundi: quid adhuc tanquam viventes in mundo decernitis?

Mortui estis: sapite, non quæ super terram; ne tegeritis, neque gustaveritis, neque contrectaveritis quæ sunt omnia in interitum ipso usu (Coloss. III, 1-4; II, 20, 21, 22).

Consurrexistis cum Christo: Christum induistis (Galat. III, 27) novum hominem, qui secundum Deum creatus est in iustitia et sanctitate veritatis (Ephes. IV, 24). Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti et dilecti, viscera misericordiae, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam: super omnia autem hæc, charitatem, quod est vinculum perfectionis. Pax Christi exultet in cordibus vestris: verbum Christi habitet in vobis abundanter in omni sapientia (Coloss. III, 12, 14-16).

Consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt sapite: quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque iusta, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ fæmæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.

Consurrexistis cum Christo: quæ sursum sunt querite: nostra conversatio in caelis est (Philip. IV, 8; III, 20).

Quæ sursum sunt, querite: ubi Christus est vitæ vestra.

Quæ sursum sunt querite: ubi Christus est: infinitus enim thesaurus est hominibus (Sap. VII, 14); ubi thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit (Luc. XII, 34).

Quæ sursum sunt querite: ubi Christus est, qui mortuus est, imo qui et resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis (Rom. VIII, 34).

Quæ sursum sunt querite: unde Salvatorem expectamus Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ (Philip. III, 20, 21).

CONCLUSIO II. PUNCTI.

Gratulabunda gratiarum actio pro hac resurrectione spirituali.

Discedite a me, omnes qui operamini iniquitatem (Ps. VI, 9). Quid queritis viventium cum mortuis? Surrexit (Luc. XXIV, 5).

Vivo, jam non ego: vivit vero in me Christus (Galat. II, 20).

Vivo: mihi enim vivere Christus est. Vivo ad cognoscendum illum et virtutem resurrectionis ejus, configuratus morti ejus: si quo modo occurrat ad resurrectionem (Philip. I, 21; III, 10, 11).

Vivo, jam non ego. Hæc est resurrectio prima: hæc mutatio dextere Excelis (Ps. LXXVI, 4): hæc est dies quam fecit Dominus (Ps. CXVII, 24). Propter hoc letatum est cor meum et exultavit lingua mea, insuper et caro mea requiescet in spe: quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum volu tuo: de-

lectiones in dextera tua usque in finem (Ps. XV, 9-11).

Convertere, anima mea, in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi: quia eripuit animam meam de morte, oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapsu (Ps. CXIV, 7, 8).

Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum (I Cor. XV, 57); Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Jesu (II Cor. II, 14).

III. MEDITATIO.

Colloquium animæ fidelis cum Jesu, de sacris ejus plagis.

SUMMARIVM. — Peccata nostra fuerunt causa plagarum Christi; earum vero effectus debet esse noster erga illum amor. Sola anima quæ diligit Jesum, intenta est ejus plagis. Sævis occupatio animæ in adorandis plagis sive manuum ejus, sive pedum. Felix est anima quæ perfigit et se recipit in plagas Christi; præcipue vero in plagam divini lateris.

Jesus. — Pax vobis: ego sum, nolite timere (Luc. XXIV, 36).

Anima. — Dominus est (Joan. XXI, 7). Redemptor vitæ meæ (Thi. III, 58), quid sunt plage istæ in medio manuum tuarum (Zach. XIII, 6)?

Jesus. — His plagatus sum in domo eorum qui diligebant me: foderunt manus meas et pedes meos (Ps. XXI, 17); et aspiciet ad me quem confixerunt et dolebant, ut doleri solet in morte primogeniti (Zach. XII, 10).

Anima. — Dominus est: ipse vulneratus propter iniquitates nostras (Is. LIII, 5). Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum? et plorabo die ac nocte (Jer. IX, 1). Ego interfeci Christum Domini: Christum Domini (II Reg. I, 16), qui dilexit me et tradidit semetipsum pro me (Gal. II, 20).

Jesus. — Tu dixisti (Matt. XXVI, 25): Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum (Cant. IV, 9): quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt (Ps. LXXVIII, 27). Iterum: Pax vobis (Joan. XX, 21).

Anima. — Dilecte mi (Cant. I, 15), vulnus pro vulnerare (Exod. XXI, 25). Sagittæ tuæ infixæ sunt mihi (Ps. XXXVII, 5): amore lingueo (Cant. II, 5). Quis mihi tribuat ut ego moriar pro te (II Reg. XVIII, 33)?

Jesus. — Diligis me plus his?

Anima. — Etiam, Domine, tu scis quia amo te.

Jesus. — Diligis me?

Anima. — Etiam, Domine, tu scis quia amo te.

Jesus. — Amas me (Joan. XXI, 15-17)?

Anima. — Domine, tu omnia nosti: tu scis quia amo te. Tibi dixit cor meum, exquisivit te facies mea (Ps. XXVI, 8); quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum (III Reg. VIII, 59).

Jesus. — Lauda et lætare, filia Sion: quia ecce ego venio, et habitabo in medio tui (Zach. II, 10).

Quis iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet

militi (Jer. XXX, 21)? Videte manus meas et pedes, statim et tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophætæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, et ita intrare in gloriam suam (Luc. XXIV, 59, 25, 26)?

Quis est iste, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi? Una est columba mea, perfecta mea.

Anima. — Ecce, tu pulcher es, dilecte mi, et decorus: Dilectus meus candidus et rubicundus (Cant. VI, 3; I, 15; V, 10). Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis (Joan. I, 14).

Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis (Cant. V, 14). Dedit dona hominibus (Ps. IV, 8): venerunt autem mihi omnia bona pariter, et innumera bilis honestas per manus illius (Sap. VII, 11).

In manibus abscondit lucem (Job. XXXVI, 52). Sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum, sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum (Ps. CXXII, 2).

Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus. Leva ejus sub capite meo, et dextera illius amplexabitur me (Cant. VII, 10; II, 6). Libera me, Domine, et pone me juxta te, et ejusvis manus pugnet contra me (Job. XVII, 5).

In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me, Domine, Deus veritatis; in manibus tuis sortes meæ (Ps. XXX, 6, 16).

Jesus. — Ego non obliviscar tui; ecce in manibus meis descripsi te (Is. XLIX, 15, 16).

Anima. — Quam pulchri sunt gressus tui (Cant. VII, 1)! Quam pulchri pedes annuntiantis et prædicantis pacem (Is. LII, 7)! Venit enim Filius hominis querere et salvum facere quod perierat (Luc. XIX, 10). Exultavit ut gigas ad currendam viam (Ps. XVIII, 6); ante faciem ejus ibit mors, et egredietur diabolus ante pedes ejus (Hab. III, 5).

Quam pulchri sunt gressus tui! Qui humiliaverunt te, adorabunt vestigia pedum tuorum (Is. LX, 14). Adorate, omnes angeli ejus (Ps. XCVI, 8): adorabimus (Ps. CXXXI, 7).

Dilecte mi, osculer, oro (Prov. XXXI, 2). Tenui, nec dimittam (III Reg. XIX, 20).

Jesus. — Soror mea, sponsa, non cessavit osculari pedes meos (Cantic. III, 4; IV, 10): remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum (Luc. VII, 45, 47).

Anima. — Inveni gratiam apud oculos tuos, Domine mi, qui consolatus es me, et locutus es ad cor ancillæ tuæ (Ruth. II, 13).

Jesus. — Surge, propera, amica mea (Cant. II, 10): infer digitum tuum huc, et vide manus meas: et affer manum tuam, et mitte in latus meum (Joan. XX, 37). Surge, amica mea: columba mea, in foraminibus petra (Cant. II, 13, 14).

Anima. — Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo, et requiescam (Ps. LIV, 7), quasi columba nidificans in summo ore foraminis (Jer. XLVII, 23)?

S. S. XXVII.

Introduxit me rex in cellaria sua: exultabimus et lætabor in te (Cant. I, 4).

Notas mihi fecisti vias vitæ (Ps. XV, 41); preceptor, bonum est nos hic esse (Luc. IX, 33).

Jesus. — Præbe cor tuum mihi (Prov. XXIII, 23), et absconde ibi illud in foramine petra (Jer. XIII, 4). Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur (Deuteronom. XXXIII, 12).

Anima. — Dilectus meus mihi, et ego illi (Cant. II, 16); nunc mihi aperuit cor suum (Judic. XVI, 18). Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi; hic habitabo (Ps. CXXXI, 14), ubi est vita (Eccl. VI, 8): ubi thesaurus (Luc. XII, 34), ubi spiritus Domini (II Cor. III, 17).

Hic habitabo: fidelialiter agam (Ps. XI, 6), et non timebit cor meum (Ps. XXVI, 3).

Hic habitabo: non timebo quid faciat mihi caro, Hic habitabo: et ego despiciam inimicos meos (Ps. LV, 5, 11).

Hic habitabo: non timebo quid faciat mihi homo (Ps. CXVII, 6).

Hic habitabo: quam bonam et quam jucundam habitationem (Ps. CXXXII, 4)!

Hic habitabo: Quis separabit a charitate Christi (Rom. VIII, 35)?

Hic habitabo; meditabor ut columba (Is. XXXVIII, 14), quæ sit latitudo, et longitudo, et sublimitas, et profundum (Ephes. III, 18): et in meditatione mea exardescet ignis (Ps. XXXVIII, 4).

Hæc requies mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniam elegi.

IV. MEDITATIO.

De Christi resurrectione.

Exercitium amoris per colloquium sanctæ Mariæ Magdalene cum aliis mulieribus, quibusdam angelis et ipso Jesu, quem quesivit ad sepulcrum ejus, in horto.

SUMMARIVM. — Colloquium istud, quod instat est Cantici canticorum, complectitur perfectum ductum animæ ad Deum per viam amoris: anima vero hic representatur sub personâ divæ Magdalene. Pœnitentia et mortificatio, quarum myrrha est symbolum, disponunt animam ad amorem Jesu Christi. Rationes præcipuæ hujus amoris sunt: infinita dignitas ejus dolore ex persona, illius erga nos amor, beneficia et mors, desiderium moriendi pro Jesu. Quisquis eum querit, nihil reformidare debet. Dolor ex ejus absentia, et desiderium ejus præsentia. Qui querit illum in mundo, frustra querit. Ne fatigeris diuturno sive dolore ex ejus absentia, sive desiderio ejus præsentia. Querat Jesum toto vitæ tempore inter vicissitudines gaudii et mœroris donec dies eternitatis aspiet. Frustra revocat ad se mundas animas quæ Jesum querunt ex sincero amore. Quam pretiosum est donum lacrymarum quæ fluunt ex amore divino! Quam felix soror qui morietur ex hoc amore! Qui Jesum amat, nihil lacrymat, nisi ejus absentiam. Audacia moriendi ad (Tresac.)

quidlibet arduum suscipiendum. Suavia momenta presentia Jesu. Certa illius et stabilis possessio reservatur caelo, et docetur ejusdem exemplo tantum gaudium fructum esse patientie. Viæ activæ feror et contemplativæ suavitatis. Jesus est cordis magnæ. Varii effectus amoris divini in anima ad præsentiam Jesu Christi, admiratio, sollicitas, lætitia, perfecta unitas, animæ languor, defectio, deliquium, ardor loquendi de dilecto Jesu, impotentia ad loquendum, animæ liquefacta effusio, quies et ejus dulcedinis gustus, et somnus animæ.

Maria. — Subversum est cor meum in memetipsa, amaritudine plena sum: defecerunt præ lacrymis oculi mei (Thr. I, 20; II, 11): fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Surgam et quæram quem diligit anima mea: valiam ad montem myrrhæ. Adjuvo vos, filie Jerusalem (Cant. I, 12; III, 2; IV, 6; V, 8), venite, ascendamus ad montem Domini. Manus meæ stillaverunt myrrham, et digiti mei pleni myrrhâ probatissima (Mich. IV, 2). Surgam et quæram quem diligit anima mea.

Aliæ mulieres, quæ comitantur sanctam Magdalenam ad sepulcrum Jesu. — Qualis est dilectus tuus ex dilecto, o pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, qui sic adjurasti nos?

Maria. — Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus (Cant. V, 5, 9, 10), speciosus forma præ filiis hominum (Ps. XLIV, 5), in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi (Col. II, 5), potens in opere et sermone (Luc. XXIV, 49); labia ejus lilia (Cant. V, 45): nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo (Joan. VII, 46), totus desiderabilis. Talis est dilectus meus, et ipse est amicus meus, filia Jerusalem (Cant. V, 16). Venite, audite, et narrabo quanta fecit anima mea (Ps. LXXV, 16). Quid dignum poterit esse beneficiis ejus (Tob. XII, 2)?

Aliæ mulieres. — Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? quo declinavit dilectus tuus? et quæremus eum tecum (Cant. V, 17).

Maria. — Humiliavi semetipsum usque ad mortem, mortem autem crucis (Philip. II, 8); dilexit me, et tradidit semetipsum pro me (Gal. II, 20); perit finis meus et spes mea (Thr. III, 18); deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento (Act. XIII, 29). Lapsa est in lacum vita mea: idcirco ego plorans, et oculus meus deducens aquas: quia longe factus est a me consolator, convertens animam meam. Surgam et quæram quem diligit anima mea (Thr. III, 55; I, 16).

Aliæ mulieres. — Venimus et nos tecum, et quæremus eum tecum.

Maria cum aliis mulieribus. — Eamus, ut moriamur cum eo. Quis revolvit nobis lapidem ab ostio monumenti (Joan. XXI, 3; XI, 16; Marc. XVI, 5)?

Angelus sedens super lapidem, quem revolverat ab ostio monumenti. — Nolite timere; scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, queritis. Non est hic: surrexit enim, sicut dixit; venite et videte locum,

ubi positus erat Dominus: et cito euntes dicite discipulis ejus, quia surrexit (Matth. XXVIII, 5-7).

Maria. — Quæsi vi quem diligit anima mea: quæsi vi illum, et non inveni. Adjuvo vos, filie Jerusalem, si inveneritis dilectum meum, ut nuntiatis ei quia amore langueo (Cant. III, 1; V, 8).

Duo angeli, qui apparuerunt in veste fulgenti. — Quid queritis viventem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit (Luc. XXIV, 5, 6).

Maria, cum aliis mulieribus mente consternatis et currentibus ad apostolos. — Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum (Joan. XX, 2). Descendi in hortum: quæsi vi, et non inveni: vocavi, et non respondit mihi (Cant. VI, 10; V, 6, 7). Invenimus te custodes: audierunt, quia ingenioso ego, et non est qui consolatur me. Surgam et quæram quem diligit anima mea (Thr. I, 21).

Aliæ mulieres, quas invaserat pavor et tremor. — Quam terribilis est locus iste (Gen. XXVIII, 17)! Fugiamus (II Reg. XV, 14).

Maria sola rediens ad sepulcrum Jesu. — Vadam et revertar (Exod. IV, 18): quæram quem diligit anima mea, donec aspiret dies, et inclinentur umbre.

Mulieres revocantes ad se Mariam. — Revertere, revertere, revertere, revertere, ut intueamur te.

Maria sola rediens ad hortum, et plorans ad ostium monumenti. — Quæram quem diligit anima mea. Veniat dilectus meus in hortum suum; quis mihi det, ut inveniam te (Cant. IV, 6; VI, 12; V, 4; VIII, 1)? Deducunt oculi mei lacrymam per noctem et diem (Jer. XIV, 17); uno tantum (ut ita dicam) gradu ego morsque dividimur (I Reg. XX, 5). Fortis est ut mors dilectio; amore langueo (Cant. VIII, 6; II, 5); hic moriar. Fortis est ut mors dilectio; hic moriar (III Reg. II, 50). Diligam te Domine (Ps. XVII, 2); plorabo; hic moriar (Is. XVI, 9).

Duo angeli. — Mulier, quid ploras (Joan. XX, 15)?

Maria. — Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. Num quem diligit anima mea vidistis (Cant. III, 5)?

Jesus apparet Mariæ, nec agnitus ab illa. — Mulier, quid ploras? Quem quæris (Joan. XX, 15)?

Maria habens Jesum pro hortulano. — Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum et ego eum tollam; indica mihi quem diligit anima mea (Cant. I, 6).

Jesus. — Maria... (Joan. XX, 16).

Maria agnoscens Jesum et procidens ad ejus pedes. — Vox dilecti mei; en ipse stat: en dilectus meus soporisti mihi (Cant. II, 8, 9, 10).

Magister (Joan. XX, 16)! Inveni quem diligit anima mea.

Magister! Inveni: tenui eum, nec dimittam (Cant. III, 4). Magister!

Jesus. — Noli me tangere; nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum (Joan. XX, 17). Surge,

propera, amica mea; jam hiems transit: flores apparuerunt in terra nostra (Cant. II, 10, 12); oportuit potius Christum et ita intrare in gloriam suam (Luc. XXIV, 26). Surge, propera, amica mea.

Maria. — Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, et volabo: et requiescam (Ps. LIV, 7)? Trahe me post te, curremus in odorem unguentorum tuorum: exultabimus et delectabimur in te. Recti diligunt te (Cant. I, 5); ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquile (Luc. XVII, 37).

Jesus. — Surge, propera, amica mea; cant in Galileam, ibi me videbunt (Matth. XXVIII, 10).

Maria abiens sola, et statim occurrens aliis mulieribus. — Vidi Dominum, vidi Dominum, vidi Dominum (Joan. XX, 18).

Vidi Dominum: sufficit mihi (Gen. XLV, 28).

Filix Jerusalem (Cant. II, 7), congratulamini mihi (Luc. XV, 9): inveni quem diligit anima mea: vidi Dominum.

Aliæ mulieres. — Quid est hoc, quod dicit nobis (Joan. XVI, 17)?

Maria. — Vidi Dominum. Dilectus meus descendit in hortum suum, ut lilia colligat. Ego dilecto meo et dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.

Fulcie me floribus, stipate me malis: quia amore langueo (Cant. VI, 1, 2; II, 5); quia vidi Dominum. Vidi Dominum (Joan. XX, 18); defecit caro mea et cor meum, Deus cordis mei (Ps. LXXII, 26)!

Vidi, et corru corru (I Mac. VI, 10) pene exanimata (Esth. XV, 18).

Aliæ mulieres. — Quid vidistis (Gen. XX, 10)?

Maria. — Vidi Dominum: vidi posita linteamina: vidi sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatim involutum in unum locum; vidi duos angelos in albis: vidi sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu (Joan. XX, 6, 7, 12): et ipse, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo (Ps. XLVIII, 6).

Vidi Dominum, et hæc dixit mihi... (Joan. XX, 18). Nescio loqui (Jer. I, 6). Anima mea liquefacta est, ut locutus est. Ego dilecto meo, et ad me conversio ejus (Cant. V, 6; VII, 10). Loquar et respirabo paululum (Job. XXXII, 20).

Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi: et fructus ejus dulcis gutturi meo. Ordinavit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Dilectus meus mihi, et ego illi, qui pascitur inter lilia: et fructus ejus dulcis gutturi meo (Cant. II, 3, 4, 16).

Amore langueo, langueo, amore langueo; in pace in idipsum dormiam et requiescam (Ps. IV, 9): et somnus meus dulcis mihi (Jer. XXXI, 26).

Aliæ mulieres ad invicem. — Adjuvo vos, filie Jerusalem, ne suscitatis, neque evigilare faciatis dilectam, quoad usque ipsa velit.

Maria. — Ego dormio, et cor meum vigilat: et somnus meus dulcis mihi.

Aliæ mulieres. — Fortis est ut mors dilectio; lampades ignis atque flammæ. Aquæ multæ non poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam. Si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despicit eam (Cant. II, 7; V, 2; VIII, 6, 7).

Jesus evanescens ab oculis eorum. — Nolite timere: ite, nuntiate fratribus meis, ut cant in Galileam, ibi me videbunt (Matth. XXVIII, 10).

Maria. — Vox dilecti mei (Cant. V, 2).

Maria et aliæ mulieres procidentes, pedes Jesu tentantes et adorantes eum. — Ipse Dominus Deus noster.

Benedictus es, Domine Deus Israel: tu es, Domine, magnificentia, et potentia, et gloria, atque victoria (I Par. XVI, 14; XXIX, 10, 41).

Jesus evanescens ab oculis eorum. — Confidite, ego vici mundum (Joan. XVI, 33).

Maria et aliæ mulieres abeuntes, ad apostolos concitant elogium Jesu Christi rediunt.

Maria. — Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel (II Reg. VI, 20)! Egredimini et videte, filia Sion (Cant. III, 11). Cantemus Domino: gloriosæ enim magnificatus est (Exod. XV, 4): Alleluia, laudate Dominum (Ps. CIV, 4). Surrexit sicut dixit: Alleluia, alleluia (Matth. XXVIII, 6).

Aliæ mulieres. — Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel! Vidimus eum, et non erat aspectus, et desideravimus eum, despectum et novissimum virorum, virum dolorum. De angustia et de judicio sublati est. Generationem ejus quis enarrabit (Is. LIII, 2, 3, 8)?

Generationem ejus in sinu patris (Joan. I, 18)?

Generationem ejus ex semine David secundum carnem?

Generationem ejus ex resurrectione mortuorum (Rom. I, 3, 4)?

Maria. — Dabit impius pro sepultura, et divitem pro morte sua; vilebit semen longævum; in scientia sua justificabit ipse justus multos (Is. LIII, 9-11).

Aliæ mulieres. — Surrexit sicut dixit: et erit sepulcrum ejus gloriosum: Alleluia (Id. XI, 10). Sepulcrum est hominis Dei: Alleluia, alleluia, alleluia (IV Reg. XXIII, 17).

Maria. — Dixit: Ero mors tua, o mors: morsus tuus ero, inferne. Dixit: Alleluia. Surrexit, sicut dixit: erit sepulcrum ejus gloriosum: Alleluia, alleluia, alleluia (Osee. XIII, 14).

Aliæ mulieres. — Excitatus est tanquam dormiens Dominus: et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis (Ps. LXXVII, 65, 66). Contrivit portas æreas, et vetes ferreas confregit: Alleluia (Ps. CVI, 16). Ante faciem ejus ibit mors et egredietur diabolus ante pedes ejus.

Maria. — Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo; et super excelsa deducet me victor in psalmis canentem (Hab. III, 5, 18, 19).

Aliæ mulieres. — Quam gloriosus fuit hodie Rex

Israel! erit sepulcrum ejus gloriosum. Coram illo procedent Æthiopes, et inimici ejus terram lingent (Ps. LXXI, 9).

Maria. — Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo.

Alia mulieres. — Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis; specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede et regna; sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, in corda inimicorum regis (Ps. XLIV, 3, 5, 6). Deus omnis terræ vocabitur; reges et reginæ, vultu in terram demisso, adorabunt te. Venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, et adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi (Is. LIV, 5; XLIX, 25; LX, 14).

Maria. — Ego autem in Domino gaudebo, et exultabo in Deo Jesu meo.

Alleluia, alleluia, alleluia. Surrexit sicut dixit.

Alia mulieres. — Dixit: Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud; ille autem dicebat de templo corporis sui (Joan. II, 19, 21). Dixit: Sicut audivimus, sic vidimus. Surrexit sicut dixit (Ps. XLVII, 9).

Dixit: Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terre. Dixit: Sicut audivimus, sic vidimus. Alleluia, alleluia, alleluia. Surrexit sicut dixit (Matth. XII, 40).

Maria. — Dixit: Ego sum resurrectio et vita: qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, vivet; et omnis qui vivit et credit in me non morietur in æternum. Dixit: Sicut audivimus, sic vidimus. Surrexit sicut dixit. Alleluia (Joan. XI, 25, 26).

Alia mulieres. — Alleluia, alleluia, alleluia. Est scriptum in prophetis (id., VI, 43): Vivificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, et vivemus in conspectu ejus. Sciemus, sequemurque ut cognoscamus Dominum. Sicut audivimus, sic vidimus. Surrexit, et vivemus in conspectu ejus (Osæ VI, 3).

Maria. — Surrexit spes mea (Job. XIX, 27): surrexit vita mea (Tha. III, 55): surrexit, surrexit, et vivam. Alleluia (Ps. CXVIII, 77).

Alia mulieres. — Surrexit spes nostra (Is. XX, 6): surrexit vita nostra (Sap. II, 5). Surrexit, surrexit, et vivemus. Alleluia.

Maria simul et alia mulieres. — Invenimus Jesum, et vivemus; vidimus gloriam ejus, et vivemus (Joan. I, 43; I, 14): Sequemur, et vivemus. Alleluia, alleluia, alleluia.

CONCLUSIO HUIUS CANTICI.

Excitat se anima christiana ad amorem Dei.

SUMMARUM. — Rationes diligendi maxime Deum. Amor ex Deo est. Ipse Deus est amor. Auctoritate sua et amore suo legem amoris sancivit Deus. Beneficia Dei nostrum illi vindicant amorem. Amor operosus reddit certum fidei testimonium. Amor est plenitudo legis, et ad Deum via compendiaria. Nunquam satis diligitur Deus. Rebus omnibus, quæ tandem deiciunt, superest amor æternum manebit. Tota vita

hominis, sive præsens sive futura, consistit in amore Dei.

Nos ergo diligamus Deum.

Diligamus Deum, quia charitas ex Deo est: et omnis qui diligit, ex Deo natus est, et cognoscit Deum; qui non diligit, non novit Deum: quoniam Deus charitas est (I Joan. IV, 19, 7, 8).

Diligamus Deum, quoniam Deus charitas est.

Diligamus Deum; quia primum omnium mandatum est: Diliges Dominum Deum tuum (Marc. XII, 29, 30). Diligamus propter nimiam charitatem, qua dilexit nos: dilexit (Ephes. II, 4) in charitate perpetua (Jer. XXXI, 3): prior dilexit (Joan. IV, 19).

Diligamus Deum, Deum Patrem (Gal. I, 4), qui eripuit nos de potestate tenebrarum, et transtulit in regnum Filii dilectionis sue (Col. I, 13).

Diligamus Deum, Jesum Filium Dei (Hebr. IV, 14), qui dilexit nos, et lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo (Apoc. I, 5).

Diligamus Deum Spiritum sanctum; quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Non diligamus verbo, neque lingua, sed opere et veritate: in hoc cognoscimus quoniam ex veritate sumus, et in conspectu ejus suademus corda nostra (Act. I, 2; Rom. V, 5; I Joan. III, 18, 19).

Plenitudo legis est dilectio (Rom. XIII, 10): dilectio custodia legum est. Custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio autem facit esse proximum Deo (Sap. VI, 19, 20).

Diligamus Deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota fortitudine (Deut. VI, 5); quia major sit Deus homine (Job. XXXIII, 12): quoniam major est Deus corde nostro (I Joan. III, 21), major est omni laude (Eccli. XLIII, 35).

Diligite Dominum, omnes sancti ejus (Ps. XXXIII, 24), reges terræ et omnes populi, juvenes et virgines, senes cum junioribus (Ps. CXLVIII, 11, 12), religiosi, sacerdotes Domini, angeli Domini (Dan. III, 90, 84, 58), diligite Dominum quantumcumque potueritis, superavelebit enim adhuc.

Diligamus, diligamus, diligamus. Aliquid valebimus? superavelebit enim adhuc (Eccli. XLIII, 32, 30). Diligamus Deum: charitas nunquam excedit (I Cor. XII, 8).

Suis spatiis transcutit universa sub cælo (Eccli. III, 4): anni transcuti (Job. XVI, 25): transibit vita nostra [Sap. II, 5]: mundus transiit (I Joan. II, 17): cælum et terra transibunt (Mat. XXIV, 35): charitas nunquam excedit.

Sive prophetiæ evacuabuntur, sive linguæ cessabunt, sive scientia destruetur: Charitas nunquam excedit.

Nunc manent fides, spes, charitas, tria hæc: major autem horum est charitas; nunquam excedit (I Cor. XIII, 8, 13).

Finem loquendi pariter omnes audiamus: Diligamus

mus Deum (Eccli. XII, 13): hoc est enim omnis homo.

Diligamus, diligamus, diligamus: hoc est omnis ho-

mo, nunc in tempore hoc, et in sæculo futuro (Marc. X, 30).

VIE DE FABRICY.

— cæ —

FABRICY (le père GABRIEL), dominicain et célèbre bibliographe, né vers 1725 à Saint-Maximin près d'Aix en Provence, entra fort jeune dans l'ordre de S. Dominique; il en devint provincial, et se rendit à Rome, où il fut lecteur en théologie. Ses vastes connaissances le firent choisir pour l'un des docteurs théologiens de la fameuse bibliothèque de Casanata, léguée en 1700 par le cardinal de ce nom aux dominicains du couvent de la Minerve. Il mourut à Rome en 1800. Fabricy était membre de l'académie des Arcades. On lui doit: *Recherche sur l'époque de l'équitation et l'usage des chars équestres chez les anciens*, in-8°, Marseille (Rome), 1764 et 1765; *Mémoires pour servir à l'histoire littéraire des deux pères Anselmi*, des PP. Mannaïi, Patuzzi, Ricchini et de Nabeis; ces

divers opuscules sont imprimés dans le Dictionnaire universel des sciences ecclésiastiques du père Richard. Des titres primitifs de la révélation, ou *Considérations critiques sur la pureté et l'intégrité du texte original des livres saints de l'Ancien Testament*, 2 vol. in-8°. Rome, 1772: c'est le plus célèbre et le plus estimé de ses ouvrages; *Censoria theologi diatribe, quæ bibliographiæ antiquariæ et sacræ criticæ capita aliquot illustrantur*, Rome, 1783, in-8°. On le trouve à la suite du *Specimen variarum lectionum sacri textus* de J. B. de Rossi. Le père Fabricy a aussi travaillé avec le père Audifredi au magnifique catalogue de la bibliothèque de Casanata, dont 4 volumes seulement ont été publiés.

A SON EXCELLENCE

JACQUES-LAURE LE TONNELIER DE BRETEUIL,

CHEVALIER, BAILLY, GRAND-CROIX DE L'ORDRE DE S. JEAN DE JÉRUSALEM, AMBASSADEUR ORDINAIRE DE LA RELIGION PRÈS SA SAINTETÉ, ETC., ETC.

MONSIEUR,

La protection que votre Excellence accorde à tous les genres de littérature, et l'amitié même, si j'ose le dire, dont elle honore ceux qui s'y appliquent, ne me laissent aucun doute sur le choix du protecteur que cet ouvrage devait implorer. Lorsque je réfléchissais que vous protégez et que vous aimez les savants et les artistes de toutes les nations, je me persuadais aisément que je pouvais à plus juste titre, en qualité de Français, réclamer votre illustre nom et en honorer le fruit de mes faibles études.

Vous ne vous contentez pas, monsieur, de faire honneur à la nation dans les pays étrangers par les emplois distingués dus à votre naissance et à votre mérite; mais vous encouragez de plus et vous excitez par votre bienveillance ceux qui, loin de notre patrie, cherchent, autant que leurs talents et leur état le permettent, à mener une vie utile et honorable. J'ai été moi-même souvent témoin de ces sentiments qui ornent votre belle âme, et j'ai reçu des marques de votre bonté, qui m'ont inspiré la plus grande confiance, en vous présentant un ouvrage important par la

matière, et digne au moins par cette raison de votre protection.

Je pourrais vous rappeler, monsieur, qu'un ouvrage de même genre, sorti de la plume d'un de nos plus célèbres écrivains (1), fut agréé par un de vos illustres ancêtres; mais je sens que je n'ai besoin de l'autorité d'aucun exemple, pour me concilier un accueil favorable auprès de vous, en vous offrant ce hommage dû au profond respect avec lequel je suis

MONSIEUR,

DE VOTRE EXCELLENCE,

Le très-humble et très-obéissant serviteur

F. G. FABRICY,

de l'ordre des FF. prêcheurs.

Rome, 24 mars 1772.

(1) Le savant père le Quien, de l'ordre des FF. prêcheurs, dédia en 1690, sa *Défense du texte hébreu et de la version Vulgate*, à messire Claude Le-Tonnellier de Breteuil, évêque de Boulogne, mort en 1698, prélat recommandable par ses grandes vertus.